



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 101. Pontifex Lotharingii Cardinalis discessum edoctus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

„rum numero suffragia numerarentur, Sæcul. XVI.
 „potius Schisma, quam Synodus pro- A. C. 1562.
 „moveretur, nec etiam ex doctrina, aut
 „scientia, sed ex consecratione, & ma-
 „nuum impositione Episcopi redduntur
 „in Sacro-sanctis illis cœtibus legitimi
 „judices: doctrina enim interdum re-
 „peritur major in laicis, quam in Epi-
 „scopis: quapropter per summam pro-
 „videntiam Deus tam incertæ doti, qua-
 „lis est scientia, certam fidei firmita-
 „tem minime alligavit: quippe aliquan-
 „do Episcopi idiotæ, aut rudis suffra-
 „gio id fuit confectum, quod a com-
 „pluribus doctissimis confici non po-
 „tuerat.,

§. CI.

*Pontifex Lotharingii Cardinalis dis-
cessum edoctus.*

Interea summus Pontifex, qui Lotha-
 ringium Cardinalem ad Synodum
 venturum nunquam credidit, imo si
 veniret, (*) valde pertimuerat, haud
 am-

(*) Non modo Pontifex, sed omnes Viri
 probi, quæletisque studiosi non tam Lotharin-
 gii adventum, quam iniqua illius molimina
 pertimescebant: hinc Pallavicinus l. c. ita ha-
 bet: *Graves dubitationes de Conciliis Lotha-*
ringi, deque perturbationibus, quas ille Catho-
licis

Sæcul. XVI.
A.C. 1562.

amplius de ejus adventu dubitare poterat, postquam Romam venerat Mar-
nensis Abbas, quem Lotharingus ad
Papam ablegabat, ut illum de suo
Galliis discessu, ac proximo ad Conci-
lium adventu certiore redderet: in-
super ipsemet Cardinalis ex S. Dionysii
oppido die decima Septembris hoc an-
no ad Papam literas dabat, hæc ex-
ponens: „jussu, ac Reginæ, Regis Na-
„varræ, Dynastarum, & Præsulum Gal-
„liæ, totiusque Ecclesiæ Gallicanæ præ-
„cibus atque proborum omnium, & ve-
„niverfi populi lacrimis coactus fui ad
„opus illud suscipiendum, ad quod una
„cum Episcopis, ac Theologis doctis,
„& Catholicis iter aggressus sum: ne-
„que quidquam attentabo, quod Sancti-
„tati vestræ displicere poterit, cum ipse-
„met Apostolicam Sedem supra omnia
„post Deum venerer; proin, ne grave-
„tur Sanctitas vestra fidem adhibere
iis,

licis ditionibus afferre posset, peculiare non erant Pontificis, ac Pontificiorum, sed communes prudentibus ministris eorum Principum, quorum in eo non nisi quies universalis intererat: nec silentio præterire debuisset ad eam rem Suis id, quod ipsi pluribus modis innotuerat. Venetos Oratores in eam Sententiam ad Senatum perscripsisse: sed silentium rei cognitæ narratione incognitæ ab eo rependitur.

„iis, quæ meo nomine Mannensis Ab-
bas exponet.

Sæcul. XVI.
A.C. 1562.

§. CII.

*Episcopi, ac Doctores hunc Cardi-
nalem comitantes.*

Hunc Cardinalem comitabantur Epi-
scopi Metensis, Virodunensis, Ebroi-
censis, Sueffionensis, Meldensis, Do-
lensis, Cenomanensis, Tutelanus, Ni-
colaus de Gallere Senonensis Archi-
episcopus, Petrus Duvalius Episcopus
Sagiensis, Joannes Morvillerius Aure-
lianensis Episcopus, Antistes Catalau-
nensis, Abbas Sancti Petri ad Montem,
Philippus du Bec Episcopus Venetensis,
ac postea Nannetensis, & demum Rhe-
mensis Archiepiscopus, Ægidius Spi-
fame, Episcopus Nivernensis, Bernar-
dus Delbene Episcopus Nemausensis,
Ludovicus de Bueil Episcopus Vene-
tensis, Stephanus Boucherus Coroso-
pitenfis Episcopus, Antonius le Cirice
Abrincensis Præful, Petrus Albertus
Convenensis, Joannes Clauffe Epi-
scopus Senecensis, & denique Franci-
ciscus de la Valette Episcopus Vabrensis.

Labbe Col-
lest. Conc.
tom. 14.
p. 903. Et
seqq.

Ex Doctoribus vero a Parisina Fa-
cultate unanimi suffragio die decima
sexta Septembris nominati, cum præ-
fato Cardinale numero duodecim ad-
venerant, iique erant: Nicolaus Mail-
lard,